32 losum.in.vi.z. ¶†Glos.eis quibus q̃rit qui sunt illi quibus debet fieri satisfactio iniurie irrogate.Rñdet glo.q respectu eius qõ hic dicitur de excõmunicatis z nominatim interdictis forte hic comprehenduntur illi quorum fauore late fuerunt sententie excõmunicationis vel interdicti in loca vel in personas.Nam per sepulturam factam contra formam huius cle.talibus dicitur iniuria irrogari respectu autẽ eius qõ hic dicitur de vsuarijs manifestis dicit q comprehẽduntur illi q⁹ debebit fieri restitutio.Nam in talibus debet fieri satisfactio de qua hic loquitur.Itẽ possunt comprehendi clerici vel ministri quibus violẽtia illata est vt recipiant tñtos hic pbibitos ad sepulturam.Idem ¶Pau.Gul.z sense.Sed an absolutio aliter facta hoc est nõ premissa dicta satisfactiõe teneat. tangit hic Step.quidem q nõ.alleg. C.de legi.lnõ dubium.z. vi.vides.Alij 2tra de quo dicetur.i.de iure pat.cle.i.facit qõ

33 vidiſtis.in cle.i.de sequestra.pos.z fru. ¶†[b] Ulterius queritb cum glo.an corpora vel ossa istorum hic pbibitorum sepeliri si sint sepulta possunt discerni sint exhumẽda.dicit q sic alle. ś.eo.sacris z hoc est clarũ in tribus vltimis casibus.i.in excõmunicato z nominatim interdicto vsuario.¶In primo.i.sepulto tẽpore interdicti dicit glos.q si ille fuit penitens licet non debuerit sepeliri tamẽ ex quo sepultus est non debebit exhumari saltem si de eo erbumando tractetur post interdictus relaxatum.alle.no.de sen.excõmun.si ciuitas.in gl.penul.in.vi. z no.per Jnno.z Host.de excess.prela.c.tanta.ad finem facit qõ nota.de sentẽ.excommu.a nobis.ij.in glos.pe. ¶Ad hoc quia si talis mortuus tempore interdicti nõ esset sepultus deberet sepeliri modo tẽpore quo cessauit interdictum.ergo fortius sepultus non exhumabitur.Si autem decessisset impenitens secus esset.lxxvij.dist.c.fina.Item secus durãte interdicto secundũ Jnnocen.in loco prealleg.z ¶Paulus hic Sul.z

34 Stepha.† Sed an sit licitum recipere mortuaria.ab illo q decessit penitens scilicet tẽpore interdicti.Dicit Jnn.z Host. in prealle.c.fina.de excel.prela.qõ fic.Mouentur quia pro tabulis est orãdum,xi.q.iij.quecunq;.secus si non fuisset penitens vt predixi.facit quod no.per Joannem andree post predictos.de senten.excommu.cum voluntate. ¶Glo.limitat di a ctum Jnn.procedere si accipimus mortuaria relicta a defuncto in loco interdicto in morte ipsius vel p patis postea post relaxatum interdictum secus dicit funeralibus que darentur cum fimere sepulto tempore interdicti de facto.quia talia non licite reciperent clerici ne alias videantur participare in delicto vel vitio.Idem Sul.¶Paul.z Stepha.¶Per p̃dicta dicit b ¶Pau.q si talia funeralia q̃ diri liciter recipi reciperent q̃ clericos de facto q nõ deberet quarta parochiali ecclie sicut nec decima de illicite acquisitis.de decimis ex trãsmissa.Ad hoc qz tñc parochiali ecclesie nulla est facta iniuria specialis. Si c de facto alij reciperent ad sepulturam de relictis autẽ ecclesie vbi eligit sepulturam datur cuz funere etiam tempore interdicti si fuerit penitens amoto interdicto bene debebitur quarta ſm ¶Paulũ. ¶Glos.vltima colligit ex litera argumentum

c qõ ad derogandũ priuileg is z aliꝰ obstãtꝰ sufficiunt verba generalia derogatoria.ad qõ alle.concor.z remittit ad not. per Dy.in regula qui semel.de reg.iur.in.vi.Sed revocat hoc in dubijs ¶Pau.qõ tangitur in dicta regula qui semel videlz nunquid sufficiant verba generalia ad derogãdum priori volũtati.Contrarium videtur q fic.j.cap.priori.z.ś.de heretic. sicut.vt in auc.de testa.imperfectis.§.ſi quidem.Item qz tantum dz valere generalis reuocatio quo ad oĩa quantũ spãtis quo ad species.ff.de admi.tut.l.ſi duo. ¶In contrarium facit de offi.dele.ex parte.ff.ſi quis cau.l.sed z ſi quis.§.questus.ff. de le.ij.l.ſi quis in prin.testamenti.de dolo z cõtu.c.ij.de eta.z qua.accepimus.Solui supposito q derogans sit talis q pos

Quis ad sepulturã. Que dicatur sepultura declarat dñs Abb.in rubr. extra ò sepul. Ulterius q̃rit.circa ſ.in.iij° volu.

fit specialiter derogare si sunt verba derogatoria sine confirmatoria actuū precedentium sufficiunt verba gñalia sic cōcepta inuant voluntatem esse talem derogantis vel cōfirmantis siue voluntas sit plata per vniuersale affirmatiuum. vtiu. c. alma. de sen. excō. in vi. siue negatiuum vt hic ⁊ hoc obtinet in pmissis ⁊ rescriptis cōsuetudinibus ⁊ constitutionibus. ª In testa
a ¶ In testamētis. Adde ale. in cōsil. xxv. in ii. co. circa me. in iij. vol. ⁊ aler in consi. xliii. circa ij. in. iiij. vol.
mētis vero non vident sufficere verba generalia sm Dy. vt. d. l. si quis. in prin. pre. alle. ita no. Dy. in regula semel. Alij cōtra dicūt sm Paul. q sufficit voluntatē secundam expressiue ⁊ cōstet eum velle omnino primum reuocare licet verba derogatoria posita in primo non exprimat in secō. Quid enim si verborum positorum in primo nō recordabatur nec eius copiaꝫ. pōt habere nec ea illaqueat. Certe hoc esse nō debet. xxvii. q. i. de viduis. nemo em sibi potest legem imponere a qua non possit recedere vt. d. l. si quis in prin. testamenti. diri. de cōsti. c. i. in. vi. vbi hoc tangit glo. dicit vt ibi,

1 ¶ Iura sunt innouanda ⁊ reuocanda prout suadet vtilitas temporis instantis ⁊ experientia.
2 Iura edenda sunt ad perpetuā rei memoriam.
3 Papa dꝫ vacare circa ea que tendūt ad gloriam exaltationem fidei ⁊ profectum animarum fidelium.
4 Pacis autor non bene colitur nisi tempore pacis.
5 Rector ecclesie parochialis nō est prelatus: sed an dicatur habere dignitatem.
6 Predicatorum ordo fuit antiquior ordine fratrum minorum: ideo preferri debet.
7 Incommodū subiectorum ⁊ filiorum censetur incommodum superioris ⁊ patris.
8 Predicare quibus locis ⁊ quo tempore possint fratres predicatores ⁊ minores.
9 Ius commune vbi concurrit cum priuilegio prefertur ius cōmune.
10 Ordinarium auxilium facit cessare extraordinarium.
11 Priuilegium speciale non derogat iuri communi.
12 Confessiones peccatorum ⁊ penitentium quis possit audire ⁊ qualis debeat esse confessor.
13 Confessores vbi possint audire cōfessiones: ⁊ quā potestatem habeant in penitentijs imponendis.
14 Alueus quid sit.
15 Soluens obligatus pluribus cautis presumit in dubio soluisse in duriorem causam.
16 Predicatores verbi dei q possint esse ⁊ vbi debeāt predicare, ⁊ nume. 19.
17 Districtus quocūcunq religiosorum distringit a septaloci in quo degunt infra eorum clausuram.
18 Religiosi vtrum ligent sententijs suorum prelatorū extra eorū districtum.
20 Predicare an possint fratres predicatores in locis communibus vel priuatis sine licētia. ⁊ an indistincte possint vbiq predicare etiam tēpore interdicti ⁊ qui possint de iure vel ex priuilegio predicare.
21 Predicatores salsi nō habētes de iure licentiam predicandi si quid acquirunt an teneantur restituere.
22 Studia generalia in quib⁹ locis esse dicantur. ⁊ que dicant generalia vel priuata: ⁊ que sunt priuilegiata ⁊ que non.
23 Dictio nisi an referatur ad omnia precedentia.
24 Predicādi locus omnis intelligitur predicatorib⁹ religiosis interdictus qui non reperitur expressus.
25 Predicare licitum est de iure cōi solis platis ⁊ rectorib⁹ curatis: ⁊ tale officium spectat ad sacerdotes parochiales ad quos etiam spectat conferre ecclesiastica sacramenta.
26 Vicarius interim dum est vicarius dicit habere curam.
27 Prelati de iure communi sunt episcopi qui de iure cōi habēt iurisdictionem.
28 Confessor primo debet audire cōfessionē rei. 2o imponere penitentiam: tertio absoluere sacramentaliter sub forma.
29 Contrictio quid sit,
30 Presens quid dicatur.
31 Confessor quis eligi debeat ⁊ presentari.
32 Confessores electi ad cognitēdum an dicant ordinarij vel delegati: ⁊ quid si nō electus audiat confessiones an cōfitēs erit tutus: ⁊ an cōfessor ordinarius possit audire cōfessiōes ⁊ absolue re a quocunq peccato cōmisso etiam extra territorium ⁊ quid si sit cōmissum ab extraneo nō subdicto ⁊ qui dicantur ppie confessores ⁊ ordinarij.
33 Confessor penitus extraneus non absoluit non subditum.
34 Confessores proprij ⁊ ordinarij qui dicantur.
35 Confessor si parochianus delinquat in parochia alterius qs habebit imponere penitentiam an sacerdos loci delicti an sacerdos domicilij.
36 Confessores si in eadem ciuitate sint plura loca predicatorum vel minorum habentia determinatos cōmes secundū eorū ordinationem an cōuentuales vnius loci potuerint audire intra terminos aliorum vel parochianorum.
37 Episcopus an possit sine causa licentiam semel ad audiendas confessiones cōcessas reuocare ⁊ an possit omnes presentatos sibi refutare.
38 Indefinita iuris equipollet vniuersali.
39 Confiteri an possit parochianus religiosis nō petita licētia a proprio sacerdote parochiali. ⁊ si cōfitēatur an teneat iterato cōfiteri semel in anno proprio sacerdoti. ⁊ nu. 40.
41 Confessores religiosi in quibus casib⁹ possint absoluere penitentes.
42 Casus reseruati pape ⁊ episcopo.
43 Absolutio in quibus casibus sit episcopo ipso iure reseruata.
44 Ordine sub clericali cōtinentur sacri ⁊ nō sacri.
45 Causa propie quid sit ⁊ quotuplex sit ⁊ vnde dicatur ⁊ quid differat ab occasione.
46 Sepelicdi ius habēt predicatores ⁊ fratres minores quo adeligentes in eorum ecclesijs sepeliri.
47 Sacerdotes parochiales habēt ptātem predicādi ⁊ ad ipsos spectat cōferre ecclesiastica sacramenta.
48 Quarta canonica debet sacerdoti parochiali de quibuscunq obuentionibus siue occasione funeralium siue relictorū pro illo qui eligit sepeliri in monasterijs vel alijs ecclesijs.
49 Quarta funeralium. ō debet sacerdoti si quid donaret monasterijs in sanitate cessante fraude.
50 Papa pōt obligare trā̄gressorem cōstitutionis siue ad reddi tionem rationis in extremo iudicio.
51 Gratia ad fuū validitatem nō requirit scripturā: nec etiam requiritur q sit bullata.
52 Sepeliendi ius que ecclesie dicantur habere.
53 Sepultura libera que dicatur ⁊ quid sit sepultura ⁊ quid sit sepulchrum vel tumulus. ⁊ nu. 54.
55 Predicandi potestatem quis de iure habeat,
56 Verbum dei nō est minus reuerēdum q̄ corpus christi: q plures verbo dei compunguntur.
57 Quarta canonica an debeat parochiali de rebus relictis alicui fratri vel de aliquo dato alicui executor deputato ad distribuendum certam summam suo arbitrio.
58 Funeralia dicunt omnia que cū funere deferunt ⁊ vnde dicantur ⁊ per quantum tempus durent,
59 Quarta canonica in quibus casibus solui non debeat.
60 Quarta canonica an sit debita si aliquid recipit in missis vel an sit cōputandū si aliquid fuit ipsi curato relictum.
61 Relictum causa amicitie non subiacitur legi canonice.
62 Quarta canonica an debeat si testator reliquit aliquid fratribus ⁊ non est sepultus apud eos.
63 Et an heredes habeant necesse soluere integraliter relicta fratribus de quorū manibus debeāt postea curati recipere quartam an vero poterunt soluere retenta quarta.
64 Et si predicti fratres integrū relictū perceperūt an poterunt regi per ordinarium ad solutionem quarte.
65 Funus si primo deferat ad ecclesiā parochialem ⁊ ibi dicatur vna missa: postmodū portetur ad fratres sepeliendū an minuetur quarta debita.
66 Sepelire corpus parochiani nō debent fratres de iure nō interessente ibi parochiano sacerdote.
67 Debitor legando creditori an videatur velle soluere debitum.
68 Quarta canonica an debeatur de his que testator reliquit pro anima sua.
69 Et debetur hec canonica portio in recōpensationem oneris que sustinuit ecclesia parochialis in vita.
70 Notorium est qō est in corpore iuris clausum.
71 Priuilegium an ad validitatem sui requirat scripturam.
72 Sepeliendi ius an possit in pactum deduci: ⁊ an pactū de modo sepeliendi valeat.
73 Pactum simpler lꝫ tollatur nō tamē tollitur pactū iuramēto vel sententia aut authoritate apostolica firmatum.
74 Clausula in fine posita refertur ad omnia.
75 Quarta canonica an possit tolli per consuetudinem.
76 Clausula non obstante quid sit: ⁊ que dicatur talis clausula: et quotuplex sit: ⁊ que priuilegia tollantur per talem clausulam ⁊ nuero. 77.
78 Quarta canonica de funeralibus vagabundi vel viatoris cui sit danda.
79 Quarta quarte an debeatur episcopo.
80 Funeralia seu mortuaria dicunt omnia q occasione funeris et etiam propter voluntatem morientis obueniunt.

Dudum

Dudum a Bonifacio papa. Diuiditur in duas partes principales q primo ponit proemiū clementis innouans constitutionem Bonifacij ⁊ cassans reuocationem benedicti. Secundo ponit ipsam constitutionē Bonifacij: secunda ibi. Bonifacius. secunda subdiuiditur in duas: q primo ponit tit. secūdo ipsam constitutionē. secunda ibi. super cathedrā. ¶ Hec secūda subdiuiditur in partes. vij. q in prima parte ponit ex ordiū in quo dicit se vigilem circa scandala cleri tollenda. Secūdo narrat discordias predicatorum ⁊ minor cū clero super tribus pcipue. s. predicationibus: cōfessionibus ⁊ sepulturis. Tertio prouidet circa predicationes. Quarto circa cōfessiones. Quinto circa sepulturas. Sexto reuocat priuilegia ⁊ consuetudinis statuta ⁊ pacta cōtraria. Septimo hortatur ⁊ precidit per clerum predictos ordines ⁊ professores ipsorū benigne tractari ⁊ cōtrafacientibus cōminatur. secūda ibi ab olim. tertia ibi. nos aūt. quarta ibi. statuimus. quinta ibi hmōi sexta ibi. nos etenim. septima ibi. ceterū.

1 legā ibi vsq ad. ¶. huiusmodi. ¶ † Mo. primo ex proemio cle.ª
a q iura sunt innouanda ⁊ reuocāda prout suadet vtilitas temporis instantis ⁊ experientia. facit de consan. ⁊ affi. nō debet. ¶ Et not. vnū finem in constitutione attēdendum ⁊ eius editione. s. vt edatur ad pacē ⁊ quietē subditorū. facit qō habetur
2 in proemio Gregorij. iij. dist. erit aūt. ¶ † Mo. ex titulo cōstitutionis Bonifacij iura edēda ad perpetuam rei memoriam.
3 de quo de reiudi. ad apostolice in. vi. in prin. vt ibi. ¶ † Not. ex exordio cōstitutionis Bonifacij circa qō precipue debet vigilare Romanus pōtifex: q circa illa que tendunt ad gloriam ⁊
b exaltationem fidei ⁊ profectū animarū fidelium ᵇ ⁊ quietē subditorum maxime prelatorū ⁊ religiosorū. ⁊ oīm qui sunt in ordine clericali ⁊ ad tollendū dissensiones ⁊ scādala inter predi
4 ctos. ¶ † Et no. illud qō pacis autor nō bene colitur nisi tempore pacis. ¶ Mo. dissensiones ⁊ scandala suscitare rācores ⁊
5 odia. ¶ † In ver. ab olim. Not. qō rector ecclesie parochialis non est prelatus: an aūt dicatur habere dignitatē vide de ele.
6 statutum. in glo. i. in. vj. ¶ † Mo. hic preferri predicatores minoribus nec mirū q eoꝝ ordo fuit antiquior. vt habet. de elec. quoniā. d. in. vi. ⁊ ibi no. ¶ Mo. tria super quibus pcipue oriebatur discordia inter rectores parochiales ⁊ istos mendican
7 tes de ordine pdicatoꝝ ⁊ minoꝝ. ¶ In ver. nos aūt. ¶ † Mo. q incōmodum subiectoꝝ ⁊ filiorū cēsetur incōmodum superioris ⁊ patris. ¶ Mo. q res ponderosas quis dꝫ inter pectoris clausulā cū diligenti consideratione reuoluere. ¶ Mo. bicuerba pulcherrima pro faciēdo proemiū in pacis tractatu de dī
8 scordijs ante habitis. ¶ † Mo. in quibus locis possunt fratres pdicatores ⁊ minores pdicare. ⁊ quo tēpore q: in ecclesijs seu monasterijs ipsoꝝ fratrū ⁊ in plateis cōibus: tempore tū quo prelati locorū non predicent solēniter nec coram se faciāt predicari. ¶ Ad funera aūt defunctoꝝ ⁊ in festis specialib⁹ dicto rum fratrū ⁊ in studijs gñalibus in die qua solet: generalis sermo ad clerū fieri tenetā dicto tēpore possent predicare nisi predicare vellent tpe quo prelatus loci faceret gñalem conuocationem cleri. In ecclesijs aūt parochialibus nō possunt predicare nisi inuitentur a rectoribus ipsoꝝ vel nisi de mādato epi vel alterius superioris plati id facere ēt qui tūc si id cōcedat ab
9 sentibus curatis ⁊ ēt inuitis curatis nulla licētia ab eis petita possunt pdicare ēt nō inuitati sm Pau. ¶ † Mo. ex ter. ibi pdicare cessabāt sm Guli. q vbi ius cōe cōcurrit cū priuilegio
10 prefertur ius cōe: nec mirū q: natura originis potior est in acqsitione. ff. ad munici. l. libertus. §. pscriptio. ¶ † Itē ex hoc not.
11 q vbi subest auxiliū ordinariū cessat extraordinariū. ff. de mino. l. in causę. §. cā cognita. ¶ † Itē no. casum ᶜ in quo priuilec giuꝫ speciale nō derogat iuri cōi: ⁊ sic fallit hec regula generi per speciem. ff. de reg. iur. in. vj. Fallit etiam in casibus ibi no.
12 sm Guli. ⁊c. ¶ † In ver. statutum. Mo. qualiter se debēt habe re fratres predicti vt possint audire cōfessiones ⁊ dare penitētias: q superiores dictorū fratrū debent petere licētiam p fratribus quos elegerint ⁊ a diocesano loci vbi situm est monasterium ⁊ a diocesano loci vicini vbi nō sunt monasteria ipsoꝝ si ibi velint audire cōfessiones. ¶ Et not. quales psonas debeāt eligere dicti superiores ipsorū fratrū ex quo habes qualis debeat esse confessor: q: dꝫ esse modestus discretus ac peritus ⁊ p
13 batus in vita ⁊ moribus. ¶ † Itē no. q vltra electionē requiritur q tales electi representētur epo vt det licentiā ipsis vt libere audire valeāt subditos ipsius quantis licentiam volentes eis sponte confiteri ac illis iniungere penitentias salutares. ¶ Mo. q nō possunt deputari per prouincias sed solū per ciuitates ⁊ dioceses. ¶ Mo. q extra loca in quib⁹ sunt deputati non possunt cōfessiones audire. ¶ Mo. q numerus assumendorum seu deputandorū est arbitrarius inspecta paucitate vel multitudine cleri ⁊ populi. ¶ Mo. q prelatus non potest dare licentiam respectu certe persone q̄ sibi videatur non sufficiēs. ¶ Mo. quid si plat⁹ vniuersalr recuset dare licētiā supioribus istorū fratrū: q: ex authoritate apostolica intelligitur cōcessa. ¶ Mo. q predicti religiosi in casibus predictis nō habēt ma iorem potestatē circa confessiones ⁊ penitentias quā habeāt rectores ecclesiarū nisi amplior potestas per episcopum sit expressa ⁊ ꝛcessa ꝛc. ¶ Glo. instante colligit ex litera q non expedit priuilegiatis ⁊ exēptis fieri cōsilia: q: per illa derogatur multoties priuilegio exēptionis ⁊ etiam cuilibet alteri vt patet ex hoc cōsilio vieneñ. per qō in multis casibus fuit derogatum priuilegio exēptionis. vt patet ex hoc. c. si. ti. s. c. priori. a. s. tit. i. cle. vna. ⁊ de sup. neg. prela. q: regulas. cum alijs si. alleg. in glo. ¶ Glo. cathedrā ponit ⁊ exponit quid sit cathedra ⁊ lite
14 ralis est notāda. ¶ † Glo. ª alueum declarat quid sit alueus ⁊
d similiter glo. in ver. torrens expositiua est. ¶ Glo. instantius notat ⁊ colligit ex litera q̄ habens intendere ad multa dꝫ manū apponere seu inchoare in eo qō est grauius ⁊ ponderosius
15 alle. † simile de soluente obligato ex pluribus cautis: q: in dubio presumitur soluisse in duriorē causam. C. de soln. l. prima. ¶ Mo. bene hāc glo. que tenstruit quid agere debeas cum in multis es implicitus. ¶ Gl. radicitus. Mot. radicit⁹ malū extirpandum ⁊ rationem assignat quam no. ⁊c. ¶ Glo. alie sunt literales ⁊ expositiue notande tū vsq ad gl. in verbo locis que
16 est in ver. nos autē. † Illa aūt querit quid si illi fratres velint predicare extra ecclesias suas in locis tū existentibus infra septa monasterij vel ambitū eius vt in pratis vel hortis vel alijs similibus spacijs an poterunt. dicit gl. q sic: ⁊ hoc videtur voluisse hec litera dum post verbus ecclesijs adiecit indefinite ⁊ locis eorū. Idem Guli. dicit q predicare possunt vbicūq in
17 fra septa suarum domorum. † Ex quo not. q districtus quocū a cunq religiosorū distringitur ad septa loci in quo degūt infra eorum clausurā per quod dicit q in tantum se extendit exemptio eis concessa in quantū se extendit territorium ⁊ nō plus: ⁊ talis locus dꝫ exēptus: ⁊ sic intelligi debent iura que loquun
18 tur de loco exēpto vt est videre in. c. i. de priui. in. vi. ¶ † Per predicta infert ad questionē vtrum quis vꝫ religiosus ligetur sententijs suorum prelatorum extra locum predictum videtur qō b non per predicta. ad idem alle. de sen. excō. si vero claustralis. ⁊ ibi hoc tenet Hosti. q: referat aliquos dicere q: tales prelati sint potius iudices personarum q̄ territorij: ⁊ ideo totus mūdus est eis pro territorio: ⁊ per cōsequens vbicunq sit religio sus dꝫ dici subditus suo prelato ⁊ per cōsequēs ligari eius sen
19 tentia: sed nō videtur vera opi. istorum per superius dicta de quo est aliquid no. in cle. pastoralis. de re iudica. ¶ † Quid de locis que habēt lōge isti fratres ab eorū ecclesijs vt sunt horti quā. an etiam in illis possunt predicare. Guli. qō sic per hanc literam que indistincte loquitur permittēdo id in locis eorꝫ c lꝫ ibi non sint platee cōes. allega. etiam ad hoc. l. preses. ff. de procu. senze. hic videtur tenere contrarium: exponit enim locis eorum. s. in quibus degunt ad deseruiendum in diuinis vel dicit exponendum in locis. i. in clausuris vel adherentibus vt hortis. alleg. ff. de procu. l. preses. subdēs q extra illa locanon extenditur exemptio et per consequens extra illa loca delinquentes incidunt in sententias ordinariorū: vt de priuile. volentes. in. vi. Tutius videtur tenere dictum Guli. per ter. qui d indistincte loquitur. ar. not. de elec. vt circa. in. vi. ⁊ eius quod statim dicetur. ¶ Contra ter. ⁊ predicta opponit Guli. qō isti fratres non habēt proprium in particulari nec in communi ⁊ sunt in ppio sicut dicit Dyonisius in li. de celesti hierarchia. c. vi. fa. xvi. q. i. alle. ⁊ in cle. exiui. de verb. sig. Soluit q ter. dꝫ exponi eorū locis. i. ad eoꝝ vsum deputatis. Fatendū est enim
20 q sonat contrarium qō dīcium locorum nō bīt. ¶ † Glo. cōibus querit an in pratis plateis possit predicare et fine licētia. Rndet q non. ar. a contrario sensu litere. Ratio potest esse secundum Guli. q: platee cōes sunt iuris publici: ⁊ ideo in illis princeps seu papa disponere potuit sicut placuit ex ordinata pote state que ratio cessat in privatis: ꝛ an procedat litera siue sint platee communes locorum in quibus habitant isti fratres siue sint alie platee cōmunes. videtur q solum de primis intelligi debeat q: cum in locis suis tantum hoc permittatur absolutum videtur qō in alijs plateis permitteretur: ⁊ sic per verba precedentia restringentur sequentia que copulatiue sequunt. facit. ff. de vino ⁊ triti. leg. l. fi. ⁊. l. l. si quis contra est verum secundum ꝛēze. q: etiam in plateis quibuscunq cōibus possunt sine licentia predicare. nam alias ista verba nihil adderent precedentibus in quibus permissum erat in eorum locis predicare: ⁊ sic essent superflua contra id quod habetur. ff. de legatis primo. si quando. ⁊ de priuileg. si papa. in. vi. Ad hoc q tagitur

c ¶ Quod iura sunt innouāda, adde ter. ⁊ autheᵗ. g. mo. nat. effic. legi. ⁊ in auf. de cōsan. ⁊ vte. fra.

b ¶ Quietē subditorū. Adde idē esse ī principe seculari ter. in auf. con sti. q̄ dig. i pn. ⁊ ter. in. l. bene a zenone. ad fi. C. de quad. pscript.

c ¶ Item no. casum. An ⁊ qñ ī priuilegijs spāle droget gñali ponit pañ. in. c. i. t. ij. col. ad finez. extra de rescri.

d ¶ Alueus. ad hanc gl. adde fi. gl. i. §. apiū. in versi. alueo. inisti. de re. di.

de fauore ergo est stenda ampliatio. de dona. cum dilectus. ⁊ ff. de consti. principum. l. beneficiū ⁊c. ¶Glo. predicare queritan in locis expressis potuerint predicare etiaz tpe interdicti.

a ℟Sidet q̄ sic alle. de sen. excō. rūso. idem tenet hic ℣Dau. ℔ an indistincte possint religiosi predicare populo in locis hic expſtatis. Matth. dicit q̄ non debēt, sed facer dotes. alleg. xvi. q. i. adūcimus. Alij enim ſm eum nō possunt predicare etiam de licentia superioris. Superiores autē intelligit ſm Inno. epos nō presbyteros parochiales iurta no. de here. ex communicamus. ℣Dau. vero hic dicit q̄ interdum quis pretendit licitum sibi esse predicare ratione ordinis: ⁊ tunc hoc solū cōpetit sacerdotibus: interdum ratione prelationis: ⁊ tunc etiā competit subdiacono qui prelatus esse potest. de eta. ⁊ qua. preterea. ⁊ similiter doctori in theologia approbato per eus ad quē pertinet: vt probatur de here. cū ex iniuncto. xvi. q. i. adūcimus. ⁊ c. iuta. Interdus cōpetit ratione priuilegij vt patet hic. ⁊ de here. sicut. el. ij. Interdum ex speciali cōcessione quam facere potest quilibet habēs curam alicui persone note. vt magistro in theologia vel idoneo vt competenti predicatori ſm Inno. quod intelligit Host. in speciali commissione seu licentia. Heneralem aūt licentiam predicandi solus episcopus concedit. de offi. ordi. inter cetera. de here. excōmunicamus. ℔. qui vero. ⁊ ibi dicit Host. q̄ episcopus admittitur vbiq; ⁊ semper ad p̄dicandum nisi prohibeatur ab eo in cuius dyoceſi vult predicare. predicta intellige in predicatione verbali: in reali aūt predicatione cſ quis facit dando de se bonus exemplum cuilibet est licitum: vt no. de conſe. dist. v. nouissime. ⁊. vi. q. iij. c. i. secundum ℣Dau. Guli. hic distinguit latius cū queritur quis possit predicare ⁊ disputare de fide publice ⁊ secrete ⁊ dicit q̄ layci publice vel occulte de fide predicare vel disputare nō possunt ⁊ si cōtra facerint sunt excōicandi. ℟. de here. sicut. c. quicunq;. ℔. inhibemus. q̄ limitat esse verum nisi faciāt hoc aliqui prudentes rogantibus clericis. Mulier autem cum hoc sit virile officium nullo modo potest predicare alleg. xxiij. dist. mulier.

¶Secundo casu quādo queritur de clericis ⁊ tunc aut loquimur de prelatis ecclesie aut de alijs clericis. Si vero de prelatis ⁊ tunc aut loquimur de papa ⁊ non est dubiū q̄ predicare potest vbiq;. xix. dist. in memoriam. ⁊ similiter cuilibet committere. de offi. deleg. c. ſi. Ipsius autem cōmissarius subdelegare non potest alteri hoc officium vt ibi. aut loquimur de prelatis inferioribus a papa ⁊ tunc in episcopis dicendū q̄ in propria persona possunt vbiq; predicare nisi per eposalios in dyoceſibus suis prohibeāt expresse. Mā alias quātum ad hoc per vniuersum mundum priuilegium habent a domino. Matth. vlti. vbi dicitur. Itē per vniuersum orbem ⁊ predicare ⁊c. facit xx. dist. in nouo. Committere aūt alijs non possunt nisi in propriis dyocesibus. xvi. q. vij. nullus omnino. In inferioribus autem prelatis episcopo ⁊ tunc dicendum in ipsis q̄ō predicare possunt subditis sibi cōmissus. xvi. q. i. adūcimus. q̄ dicit procedere etiam si non fuerit nisi dyaconus. Committere etiā potest alij approbato vt magistro in theologia vel alij approbato per episcopum. Idem potest rector parochialis habēs curam quo ad suas oues bo cin prelatis ⁊ habentibus curam. Si vero loquimur de alijs clericis non prelatis non habentibus curam ⁊ tunc dicit q̄ aut volūt disputare de fide personis coadunatis: ⁊ tunc licet tantum magistris in theologia q̄ super hoc sunt priuilegiati tanq̄ doctores fidei. de here. sicut. ⁊. c. cū iniuncto. sic ⁊ isti quibus papa cōmittit vt fratres. de quibus hic. Tu dic q̄ nō possunt predicare nisi forte sit doctor in theologia ⁊ habeat ex priuilegio vel cōmissione ⁊ predicta intellige de p̄dicatione verbali: vt dixi. ℟. post ℣Dau. ⁊c. Aut loquimur de alijs literatis nō magistris in theologia ⁊ tunc publice disputare concitando turbam nō licet. de here. c. excommunicamus. ℔. sane clerici. Si vero volunt tales secrete disputare. ᵇ tūc cum inimicis fidei nō possunt marime de secretis fidei. xxiij. q. ij. cuz aliquibus. ℣Predicta limitat vera nisi forte hereticitales nimis prouocēt: q̄ tūc possunt aliqua verba fundere illudere: alias nō videtur vtile propter audientes qui forte crederent q̄ō nō haberet q̄ō rideret. xliij. dist. in mandatis. aut volunt cū alijs nō inimicis fidei disputare: ſz inter fideles alios predicare turbā tū non concitando: ⁊ tunc sunt due opiniones. nam aliqui dicūt q̄ non ſz per modum predicationis sed per viam monitionis quā quilibet potest facere. xxi. q. i. c. i. ⁊. c. q̄ iurta. Alij dicunt q̄ imo possunt predicare q̄ id non consistit in foro contentioso: ⁊ sic resident Guli. ⁊ Jo. de lig. hic.

b ¶Et tūc cum inimicis fidei. adō. ℣. Ab. in c. cſ sit. ℟ inde.

c ¶Gl. prelati. qui veniāt appellatiōe plati ponūt gl. d. abb. ⁊ Fely. in c. decer nimꝰ. de iudi.

d ¶Querit q̄ bus locis. adō Alex. in cons. lxviij. ℟. ij. co. ⁊ se. in. iij. volu. barb. ℟ cſi. xli. in. i. co. ℟. j. vo. ⁊ cōſ. liij. ℟. ij. vo. fely. in. c. re sponſa. ij. ℣. d. in ℟. ⁊. ij. col.

21 ℟Quid aūt de acquisitis per falsos predicatores qui licētiam non habent de iure predicādi an teneātur illa restituere. Jo. xvi. q. iij. c. i. alle. prō ⁊ contra. Lau. ibi tenet q̄ sic: pro quo facit ſm ℣Dau. l. ſi seruus. ℘ iurium. ℔. fin. ff. de testi. Matth. hic dicit idem. l. q̄ tenetur restituere q̄ ecclesie queritur ſm eus. alle. ff. de inoff. testa. l. posthumus. ℔. ſi quis ex his ⁊c.

c ¶Gl. ᶜ prelatt querit qui cōprehendantur hic appellatione plati an solū epi an vero etiam alij. ℟Sidet glo. q̄ cōprehendūtur nedum epi qui de iure cōi habent iurisdictionē in loco: sed etiam alij inferiores prelati q̄ in loco habēt iurisdictionē ex iure ſpāli: puta ex cōsuetudine vel priuilegio ſm Jo. mo. idem ℣Dau. alle. l. ſtr. di. qm̄. facit q̄ no. in gl. i. in ver. superioris. sed an hic comprehendatur nōie plati rector ecclesie parochialis. dicit gl. q̄ nō per Jo. mo. mouetur per ter. in ver. ab olim. vbi post prelatus exprimitur rector. q̄ō no. bene ⁊ videtur verū. ppter ⁊ stricte sumēdo: secus si late. de cle. egro. c. iij. Sed quid de vicario prelati: an idem sit dicendum q̄ō hic de prelato. dicit gl. q̄ sic: q̄ id q̄ō ordinarij nō possunt expedire per se faciūt per alios expediri. de offi. ordi. inter cetera. ⁊. c. ſi epſs. in. vi. Idē tenet ℣Dau. post Barſiam q̄ō intelligit p̄cedere q̄n vicarius vult p̄dicare per se vt vicarius nō vt alius prelatus cui ex officio id p̄tat secus si vult cōrā se facere ſoleniter predicare: q̄ in hoc nō repreſentat personā epi; posset tñ occulte facere predicari: ſz tūc nō prohibētur fratres hic notati predicare: q̄ per hoc nō derogatur sue dignitati. ¶Gl. ᵈ gnalibus. ᵈ q̄rit in quibus locis

d dicātur esse studia generalia. ℟Sidet q̄ in locis que habēt studium ex priuilegio, vt est in studio Bonoñ. ⁊ Ferrarien. vel ex consuetudine cuius cōtrarij initij memoria non existit. vt est videre in studio Paduano. alle. de cle. nō resi. tue. ⁊ de priuileg. c. ij. in. vi. ⁊ in proemio. ff. ff. hec aūt tria. ⁊ ibi per Bar. Jo. an. in addi. Spe. dicit hoc verū olim. sed hodie studium ℣Paduanum ℔ priuilegium cōcessum per Jo. xxij. ⁊ innouatū per Cle. quintum: vt dicit se vidisse: dicit hic ℣Dau. q̄ que dicātur generalia studia relinquitur arbitrio iudicis qui ℔ cōsideret an ibi legantur sacra pagina iura ⁊ artes ⁊ an sint loca insignia. de cle. nō resi. tue. ⁊ in proemio. ff. ⁊ an sint talia quibus ex priuilegio speciali: vel de iure cōi cōcessum est. de priui. c. ij. in vi. vel de antiqua consuetudine cuius cōtrarij initij memoria non existat. vt de ver. ſig. ſuper quibusdā. ⁊. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. hoc iure. ℔. ductus aque. vnde aduertendum est ſm eum q̄ quedā sunt studia generalia actu priuilegiata. de quibus in cle. inter. de magiſtris. quedā priuilegiata sed nō actu generalia. quedā generalia sed non priuilegiata: quedā particularia ⁊ non priuilegiata: de primis ⁊ tertijs nō est dubium q̄ō locū ℔ decr. in secundis ⁊ quartis non. alle. de cle. nō resi. ex tue. ⁊ literam que dicit generalibus: hec dicit vera quo ad cōcessa existēti in studio generali. secus quo ad licētiam docendi vbiq; quia illam oportet obtinere in studio priuilegiato ſm modum datū a iure. Nam cum talis licētia respectu licentiati oēs respiciat: oportet q̄ concedatur ab eo vel authoritate eius qui inde est oim sicut ⁊ princeps. ix. q. iij. cuncta per mundū. sicut in simili dicimus de canonizatione sanctoꝝ. de reli. ⁊ vene. san. c. i. ⁊. ij. ⁊ in priuile. p̄dicādi. de here. excōicamus. ℔. q̄ vero. ⁊ de cōcel. preb. proposuit. facit q̄ō no. in decre. per venerabilē. qui ſil. fint le. ⁊ per Bar. in. l. ij. de offi. proconſu. ⁊ le. ⁊ in. l. i. C. de ſum. tri.

23 ⁊ fi. cath. ⁊c. ¶Gl. nisi. querit an hec dictio nisi referatur ad oīa precedentia ⁊ ita limitat. ℟Sidet q̄ non: sed solum refertur ad primum dictū huius ver. ⁊ illum limitat: ⁊ sic solum respicit q̄ō ℔ in ver. in studijs. ouo aūt sequentia ibi. ℔. de funeribus mortuorum ⁊ festis specialibus ipsorū fratrum nō respicit hec limitatio: ⁊ hoc satis demonſtrāt verba ſm gl. ⁊ hoc sentit glo. q̄ etiam si tempore funeralium vel q̄n est festum peculiare fratrum epſs conuocaret generaliter clerū ad se non per hoc impedirentur fratres predicare. secus in studijs gnalibus in diebus illis in quibus cōsueuit ſoleniter predicari: q̄ si illo tempore epſs cōuocaverit ad se clerum generaliter nō poterūt fratres predicare illa hora vt hic dicit. ⁊ hoc aperte tenet zenze. vnde ad literā dum dicit in predictis locis subaudit in quib⁹ sunt studia generalis: secus si specialiter aliquos conuocaret a cōtrario litere. ⁊ tenet glo. hic in ver. generaliter. Sed quid si prelatus velit tenere totū mane pro missa ⁊ pro sermone: ⁊ sic impedire totaliter fratres: videtur q̄ nō possit cum hic nō dicat de horis: ſz hora ⁊ de illa qua p̄dicat ⁊ nō de alia. Ad hoc q̄ fauor est q̄ sint plures predicantes ⁊ plures sermones Gul. hic credit q̄ō prelatus debeat acquiescere per totā illam horā in qua fratres velint predicare maxime vbi fratres nō habeāt aliam horam conuenientem. de presump. mādata. i. q. i. interrogo. ¶Glo. eccleſijs. querit quid de capellis vel cimiterijs eccleſiarum vel parochialiū. Respōdet idem quod hic dicitur de eccleſijs parochialibus secundum Joā. mo. alle. de senten.

24 ex commun. si ciuitas. lib. vi. ¶Jurta predicta querit gl. quomodo scienus in quibus locis possunt isti fratres predicare. Respōdet glo. q̄ omnis locus intelligitur eis interdictus qui non reperitur hic permissus. Mouetur quia de iure communi non competit istis fratribus predicare sed solum prelatis ⁊ sacerdotibus curatis vt patet in hmōi. Item q̄ in eccleſijs ⁊ locis illorum fratrum ⁊ in patriis communibus permittit eis predicare cum certa tamē moderatione: ⁊ in eccleſijs aliorum prohibent regulariter nisi in casibus hic expressis: ergo bene patet q̄ regulariter omnis locus intelligit eis prohibitus qui non reperitur permissus. facit quod no. de translatione prela.

25 c. ij. q. v. consuluisti. ¶Ho. bene ex glo. q̄ de iure cōmuni solum prelatis ⁊ rectoribus curatis licitum est predicare. de hoc dixi plenius. ℟. post Gul. ⁊ ℣Dau. in glo. in verſi. predicare ⁊c. ¶Glo. sacerdotibus. querit quid si isti fratres inuitētur a vicarijs perpetuis an possint predicare in eccleſijs ipsorum vicariorum: videtur q̄ sic: quia ad eos spectat cura. alle. de offi. vic. c. ſi. de preben. super eo. in. vi. quinimo plus dicit vcz sufficere licentiaz vicarij temporalis dati in casu licito authoritate epi

26 vt in casu decre. ex eo. de elec. in. vi. ¶Mot. bene q̄ vult glo. q̄ vicarius interim dum est vicarius dicitur habere curam. de quo de prebē. exposuisti. d. c. super eo. ¶Jn. ℔. statuimus. gl. i. colligit ex litera quemadmodum tenere debent fratres isti vt licite possint audire cōfessiones ⁊ penitētias iniūgere. Mat. hic dicit q̄ ordo est q̄ p superiores istorū fratrū hic nominatorum debet licentia peti anteq̄ eligant aliquos fratres ad officium cōfessionum: ⁊ illa obtēta debent eligere ⁊ ipſi electi debeant licentiā petere ⁊ sic duplex licētia debet peti: vna eligēdi alia post electionem ad confessiones audiendas secundum Alvar. credit tamen q̄ licet prima licentia nō petat ex quo secunda postea conceditur quod sufficit ⁊c. ¶Glo. non habentur. declarat et exemplificat literā. ¶Glo. custodes. querit qd de prioribus cōuentualibus qui habentur in ordine predicatorū guardianis qui habent in ordine minorum an poterint hanc primā licentiam petere de fratribus eligendis qui habeant predicare. ℟Respondet q̄ nō a contrario litere que dicit non expressit. de quibus autem vicarijs hic loquatur. dicit hic ℣Dau. q̄ de vicarijs priorum prouincialium qui quandoq; cōstituti in vno regno in certa prouincia constituunt vicarios ⁊ fic sunt hic tres de ordine predicatorū qui habent hanc licentiam petere. ℔. generalis prouincialis ⁊ eorum vicarij ⁊ similiter

27 sunt tres de ordine minorum vt hic patet. ¶Glo. prelatorū querit quid cōprehendatur appellatione prelatorū. Respondet q̄ continentur episcopi ⁊ superiores de quibus predixit: ⁊ hoc probat per literā que infra dicit de ciuitatibus ⁊ dyoceſibus: ⁊ fic solū de episcopis ⁊ superioribus videtur loqui. ℣Dau. hic dicit q̄ prelati de iure cōi sunt episcopi qui de iure cōmuni habent iurisdictionem. Item sunt alij prelati ex priuilegio vel cōsuetudine. de consan. ⁊ affi. c. i. ſm Jo. mo. ⁊ hoc dicit verum quādo tales habēt iurisdictionē quasi episcopalē in loco ⁊ nulli subsunt dyocesano. de quibus de priuile. abbates. in. vi. etiam quo ad tales seu loco taliū nō sufficeret licentia dyocesani per id q̄ō hic subijcit litera q̄ vas licētia vt audiāt cōfessiones subditorū suorū. dicit ℣Dau. q̄ sic: q̄ est volūtarie iurisdi-

28 ctionis. facit q̄ō no. de offi. leg. nouit. ¶Glo. audire colligit ex litera ordinē qui ꝛz adhiberi in cōfessionibus: q̄ primo ꝛz

a audire confessio. secundo imponi penitētia. ᵃ tertio fieri absolutio. Jdē tenet hic Gul. dicens q̄ dū absolut sacramētaliter ꝛz dicere. Absoluo te authoritate dei omnipotentis ⁊ apostolorū Petri ⁊ Pauli ⁊ officij m hac mihi parte ꝗmissa ab omnibus peccatis per te confessatis ⁊ ab alijs de quibus non recordaris. An aūt ꝛz absoluere antecq̄ imponere penitentiā. dicit glo. q̄ non q̄ absolutionē precedere debet onis confessio cordis contritio ⁊ operis satisfactio saltē quo ad effectū seu intentionem cōtentis. Jdē Guli. q̄ in impositione penitētie apparet tertia pars principalis materie debite huius sacramēti. i. satisfactio quatenus est ex parte peccātis sine qua saltē in affectu nō est perfectū sacramentū. vñ non ꝛz absolui; q̄ non pōt debita forma apponi p ministrū donec materia integre sit disposita q̄ in trib⁹ cōsistit. i. in cordis cōtritione, oris cōfessione. ⁊ debita onis satisfactione. Gul. ſm Jdē. Mat. dicēs q̄ tūc demuz est vera ⁊ perfecta penitētia q̄ dicta tria cōcurrūt. de pe. dist. i. pfecta. nāq; sicut trib⁹ modis peccata cōmittūtur. i. delecta-

b tione cogitatione ⁊ executione. xi. dist. in palea. sed pēsandū. sic tribus cōtrarijs modis purgātur. ᵇ ¶Quid aūt sit cōtritio.

29 dicit q̄ dolor pro peccatis assumptus cū p̄posito cōfitēdi ⁊ satisfaciēdi. talis aūt dolor ꝛz esse triplex. i. acer q̄ deū offendi mus. acrior q̄ patrē nostrum celestē qui nos pascit multiplici ter. acerrimus q̄ redemptorē nostrum qui nos lauit proprio sanguine. Quantus aūt debeat esse dolor quē debet habere penitens nō. per Jnno. de pe. ⁊ re. omnis circa prin. ⁊c. Glo. deinde q̄rit an aſi petita licētiā a prelatis possit fieri electio p̄ superiorem istorū fratrū hic notatos. dicit q̄ non per hāc literam. Fatetur tamen q̄ non est necesse vt licētia sit obtenta. sed sufficit q̄ sit petita quo ad hoc vt possint electiones facere. Mat. ⁊

idē Alvarus. vt dixi super. i. glo. hic dicit q̄ credit q̄ si prima licentia hic non sit petita si tamen secunda sit petita ⁊ cōcessa q̄ sufficiat secūdum enim pōt dici ante factum seruandā opi.

30 glo. post factum opi. Mat. ¶Glo. ministri. querit an vicarij de quibus premisit possint facere electionē fratrū de qua hic gl. hic dicit q̄ nō, cū hic de eis nō repetat ⁊ fic solam licentiā petere poterūt de qua ꝗmisit. ¶Glo. sufficiēs no. er literā ser qualitates requisitas in eligendo ad cōfessionis officium. ⁊ inter cetera no. q̄ debet eligi probatus in vita nō aūt p̄bandus

31 ad qō glo. sequens alle. authoritatē beati Berna. ⁊c. ¶Glo. presentari. querit an personaliter ꝛz fieri presentatio religiosi electi ad hoc officium cōfessionis dicit glo. q̄ sic per hunc ter. qui dicit q̄ presentari debet. presens aūt dicitur qui prebetur sensibꝰ corporis facit. l. i. in prin. ff. de ver. obli. Jdem alle. La. per glo. q̄ presens a quo deriuatur actiuum huius verbi p̄sita re. i. presento dicit, quasi p̄ sensibus ponitū. i. ante sensus vel presensibꝰ ficut oculo vel alicui sensui. Item coram oculo scōm papiā. facit q̄ō no. ij. q. ix. testes. in glo. in verbo sub eorum per q̄ō dicit q̄ nō sufficit patrono p̄itare aliquē absitem superiori ad ecclesiam vacantē licet possit per literas suas p̄sitationem admittere. de his que si. a p̄scla. ea noscit. ⁊. j. de excel. plat. cle. frequēs. ⁊ per hoc patet q̄ nominatim ꝛz eligi ⁊ p̄sentari nec sufficit generaliter nominare. ſz quidam contra sed male secūdus ℣Dau. q̄ fic tollere ut facultas ep̄o re cusandi in digni ⁊c.

32 ¶Gl. impediāt. querit an isti fratres sic electi dicātur curati. videtur q̄ sic: q̄ hec ad que eligūtur sunt de cura. ⁊ fic saltē ⁊ si non in toto debēt dici curati extraordinaria potestate. i. q̄ denegatur licētia: vt in verſi. si vero. ℔. e. vel ex delega. vt in hoc ver. quādoq;. i. licentia conceditur ⁊ nō denegatur ⁊ etiam indistincte videtur ordinarij vtricarij cure cui esset cōcessio facta ad vniuersitatem territoriū. Contrariū tenet Jo. mo. maxime q̄ hoc esset contra cle. exiui. cōtra fratres minores: vbi expresse inhibet eis ne sint curati. Ad hoc sacit rō q̄ isti fic electi non sunt astricti ad exercitium talium actuum sibi cōmissorum: nec similiter fideles sunt astricti currere ad eos sed possunt si volūt: ergo sunt cēsendi curati ꝛz actus hic expressos ex priuilegio huius perpetue constitutionis possunt exercere: ⁊ hoc tenet ℣Dau. tñ hic alternative loquit. residet tamē in hoc vltimo. Guli. hoc late hic disputat inverbo cōcesserint: finaliter cōcludit q̄ pōt dici q̄ non sunt proprie ordinarij nec proprie delegati cū in eis non cūdat aliqua prelatio: ⁊ per consequens nec ex parte cōſitentium aliqua subiectio sed est quedā gratiosa ordinatio pape in fauorem animarū ⁊ possunt isti dici nuncii ministri cū certe persone sint electe ad hoc ⁊ fic nō poterunt delegare tale ministerium. de offi. dele. c. ſi. possunt etiā isti dici habentes generalem facultatē iudicandi sine administratione: sunt etiā ordinati ad prouidendum spiritualibus antractibus sicut arbitri temporalibus: ⁊ ideo tantum habent de potestate q̄tum ei tribuit voluntas concedentium: facit de arbitris cū dilect⁹. ⁊ per hoc patet an isti possint absoluere exceptos vel similes: q̄ si essent vicarij vel delegati epoz ꝑpter cōcessionem cſ faciunt non possent cum nec eps hoc posset per se. ⁊ fic nec in alios habēt potestatem dare. i. q. vij. Day bertum ⁊ q̄ isti fungūtur vice curatorum vt hic ꝛz in ver. huiusmodi. Secus videtur si tenerem⁹ q̄ essent delegati pape vel ordinarij authoritate pape: q̄ō videtur q̄ vtuntur potestate per papam concessa per hanc decre. ⁊ dantur ad vniuersitatem causarum ad instar legati ⁊ inquisitoris hereticepranitatis. de offic. leg. c. ij. in. vi. ⁊ de hereti. ne aliqui. eo. lib. ⁊ licet exigāt cōcessio epi'copi exigitur ob reuerētialem honorem in recompēsatione relaxate iurisdictionis ab eo ⁊ in memoria naturalis vin a culi ⁊ propter reliquias ⁊ vestigia istius. ℟. j. nostram. ff. de bon. liber. non aūt alia de causa quod patet quia isti prelati faciunt de necessitate iuris. cū alle. si negent illa cōstitutio esset delusoria: ⁊ fic prebent nouum ministerium: sicut minister in baptizādo. i. q. i. sicut. ⁊ ideo sine cōcedūt licētiam prelati locorū sine non totū videtur dici debere papale q̄ō hic disponitur: ⁊ sic videtur q̄ possint exemptos absoluere: ⁊ per consequens scholares religiosos exēptos qui sunt in studio de licentia suorum prelatorum si volunt eis confiteri. Jn hoc cōcludit q̄ si sunt prelati exēpti inferiores episcopis immediate subiecti pape a iure habent licentiam eligendi sibi confessorē. ℟. de peni. ⁊ remiſ. ne pro dilatione: secus si habent alium superiorem immediatum. q̄ tunc nisi licentiam sint ab eis q̄ō possunt eligere confessorem non poterūt absolui per istos ⁊ similiter nec subditi aliquorum episcoporum per rationem decre. inter cunctas. q̄ fit Benedicti. que expresse excludebat religiosos qui ex secuta prohibitione sui prelati nō poterunt alijs cōfiteri. nisi dicamus q̄ q̄ concessa est licētia a prelato de standō in studio generaliter concessa ea sine quibus legitime esse non

b ¶Tertio fieri absolutio. adde tñ q̄ layicus cui tēpore necessitatis ſt fieri confessio absoluere non pōt ſz est de q̄ absoluit glo. i. c. pastoralis. ℔. ꝑpterea. in ver. preterea. de offi. ordi.

¶Quid aūt sit. de ꝗtitione q̄ ꝛz haberi in cōfessione. vide gl. in. c. ſi is qui. i. gl. xxij. q. xlv.

possit in studio ⁊ sic potestas eligẽdi confessorem: ⁊ hoc dicit cõmuniter seruari alleg. ff. de iu. l. fi longius. facit quod dicitur cum glo. in ver. voluntium. in ver. extraciuitatẽ. ¶ Glo. audi⁹. querit quid si non electus se ingerat ad hoc officiũ vel etiã electus: sed extra locum sibi cõmissum ⁊ aliquis bona fide sibi confitetur credens illum habere potestatẽ an erit tutus. ℟ Rñdet glo. q⁹ sic quo ad dum. alle. de elec. dudum. Idem zenze. ⁊ idem ℣ Paulus propter fidem sacramenti: dicit tamen q⁹ non erit absolutus ex vi talis absolutionis per hunc text. Itẽ nec tutus esset quo ad deum si sciens nõ haberet potestatẽ illum ei
a confiteatur. [a] Ex hoc nota scõm Guli. q⁹ exercens iurisdictionem etiam in foro conscientie extra territorium nihil agit. Idẽ si vellet dicere ins iurta territorium vltra suam iurisdictionẽ. alleg. ff. de iurisdi. om. iudi. l. fi. ⁊ sic idem est in foro conscientie ⁊ in foro contentioso. de constitu. vt animarum. in. vi. secũdum ℣ Pau. ⁊ zẽze. Gul. hic dicit notabiliter hoc procedere in cõfessore extraordinario quales sunt isti fratres de quib⁹ hic loquit. nã demũ intra territoriũ in quo sunt deputati possunt audire confessiones de peccatis tamẽ vbicũq; cõmissis etiam extra territoriũ: q⁹ illa que in foro anime exercẽtur sunt voluntarie iurisdictionis: extra autẽ non poterunt absoluere etiam de commissis intra territorium vt hic. In confessore autẽ ordinario temporali vel perpetuo vt est proprius prelatus dicit q⁹ ille a quocũq; peccato cuius absolutio spectat ad ipsum siue fit commissum intra territorium siue extra absoluere põt etiã extra territorium. Ratio secundum eum quia in his que sunt fori penitẽtialis que exercentur sub silentio nullius territoriũ
33 leditur. facit quod no. de offi. deleg. c. penul. ⁊ fina. ¶ Quidã autem ⁊ tertio est confessor penitus extraneus ⁊ iste regulariter nõ absolvit nõ subditũ. de pe. ⁊ remiss. quod autem fallit in via
34 tore in mortis articulo. ¶ Qui autem dicuntur ꝓpriꝫ confessores ⁊ ordinarij. dicit q⁹ papa episcopus proprius legatus fit in prouincia archipresbyter ecclesie cathedralis presbyter parochialis ⁊ alij vicarij. facit q⁹ no. de offi. archipresb. c. primo. Idem zenze. qui de materia an extra suum territorium. in foro anime aliquid exerceri possit remittit ad summam Host. in titu. de parochia. §. quis intelligatur. ⁊ de pe. §. cui cõsten-
35 dum. ¶ ℣ Per predicta patet q⁹ si parochianus delinquat in parochia alterius quis habebit imponere penitẽtiã: an sacerdos loci delicti an sacerdos domicilij. ℟ Ray. quia sacerdos loci delicti. Joã. cõtra in. c. i. xvi. q. i. ⁊ hoc est verius ſm Matt.
36 Idem tenet archi. de cõsti. c. ij. in. vi. ¶ ℣ Quid si in eadẽ ciuitate ⁊ dyocesi sunt plura loca predicatorum vel minorum habentia determinatos confines secundum eorum ordinationẽ aut cõuentuales vni⁹ loci poterũt audire intra terminos alio
b rum intellige religiosorum [b] vel parochianorum. dicit ℣ Pau. q⁹ sic cum deputẽtur hic per terminos ciuitatem vel diocesim: ⁊ nõ per terminos cõuentum vel custodiatum aliud esset si cõstitutio Benedicti que incipiebat inter cũctas seruaretur q⁹ ibi dicebatur vt audirẽt confessiones infra sibi assignatos terminos ad hmõi officiũ exercendũ. Quid aũt sit ciuitas castrũ vel opidũ remittit ad. c. fi ciuitas. de senten. excõ. in. vi. ⁊ l. pupillus. §. vbs. ⁊. §. se. de vb. sig. ⁊c. ¶ Glos. exigit. querit quid si fit cõuentio inter episcopum ⁊ fratres de numero: quia forte episcopus dicit pauciorem numerum sufficere q̃ dicãt fratres quid erit fiendum: ℟ Rñdet glo. q⁹ episcopus habet eligere numerũ qui sibi videtur sufficiens. de reliquis autẽ vltra talem numerum de quibus est controuersia recurretur ad arbitriũ boni viri. i. iudicis intelligo. i. superioris episcopi. ff. de verbo. obli. l. cõtinuus. §. i. secundum Jo. mo. Fatetur tñ idem Jo. quod forte caute faceret episcopus si a principio cum eligit taxat numerum cum quando q⁹ liceat a principio quod ex postfacto non licet. ff. de pact. l. in traditionibus. cum concor. cum primo dicto glo. concor. ℣ Pau. licet dicat alios dicere q⁹ episcopus põt repellere. ar. l. i. §. trebatius. ff. de aqua quoti. ⁊
40 esti. Fatetur tamen quod si vltra solitum modum presentet po
37 terit episcopus eos reꝛcere ⁊c. ¶ ℣ Glo. cõfesserint. querit an episcopus sine causa possit licentiam semel cõcessam revocare dicit q⁹ non: per regulam decet. de reg. iur. in. vi. Sed an expiret huiusmodi concessio mo⁹te concedentis. Gul. dicit q⁹ non q⁹ est episcopalis approbatio de iure cõmuni sicut illa que ha-
38 betur. de elec. cum eo. in. vi. ⁊ quod ibi no. idẽ zenze. ¶ ℣ Glo. queri§. querit an potest episcopus omnes sibi presentatos refutare: videtur quod nõ per hunc ter. qui videtur solum loqui quando aliquem refutare: contrarium tenet Joã. mona. Mo⁹uetur quia hec indẽnita iuris equipollet vniuersali. facit q⁹ no. de elec. vt circa. in. vi. Et q⁹ exꝛcditur in edictis prętoriis. l. ij. §. omnes. ff. vi bo. ꝛc. rapt. cum ſmi. Ad hoc q⁹ alias posset fieri fraus i sti constitutioni que multas requirit qualitates in istis fratribus. Nam possent presentari omnes nõ idonei: ⁊ sic cogerẽtur eligere aliquos non habentes qualitates hic requisitas. Idẽ tenet zẽze. ⁊c. ¶ Glo. nollẽt habere. querit an possent sine causa proprio motu ⁊ voluntate recusare aliquem presentatum. ℟ Rñdet glo. q⁹ sic ⁊ hoc vult aperte hec litera secundum Jo. mo. ⁊ hoc tenent quidã secundum zenze. pro quibus alleg. de rescri. scisc̃itatus. ⁊ quod alibi dicitur scilicet qñ vis animo non infertur. xxxij. q. v. §. i. ⁊ ipse dicit quod hoc nõ est verum quod sine causa recusari possit q⁹ per nudam voluntatem quis non habet causam contradicendi. alle. ff. solu. matrimo. l. dotem. §. de iure patro. pastoralis. xlv. dist. c. i. de ap. suggestum. ad hoc q⁹ aliter sequeretur iniquitas. l. q⁹ per solam
39 malitiam persona idonea ab hoc officio repelleretur non sine ipsius iniuria contra id q⁹ habetur. ff. qui satisda. cogã. l. si vero. §. qui pro rei qualitate potes dicere q⁹ opi. glo. procedat si vnum tãtum vult recusare: secus si omnes vel quando nõ posset de facili reperiri alius idoneus in loco vel tene gl. indistincte per hunc ter. ⁊ per id quod dicetur cũ glo. seq. ⁊c. ¶ Glo. surrogari. querit quid si surrogatus non acceptatur. respondeq⁹ si ex iusta causa recusatur q⁹ non est talis de quo est dictũ in ver. hoc deinde. ⁊ tũc imputet sibi quia malum eligit. ar. l. cum mandato. ff. de mino. Si vero sine causa recusetur tunc nõ no-
